

1792/3
DISSERTATIO IURIDICA
DE
ADPLICATIONE IURIS ROMANI
AD
INSTITUTA GERMANIS
PROPRIA

QVAM.
ILLVSTRIS IURECONSULTORVM ORDINIS
AVCTORITATE ET CONSENSV
PRO LOCO
PVBLICE DEFENDET
D. CAROLVS FRIDERICVS KÜHNE
RESPONDENTE
GODOFREDO PHILIPPO DE BÜLOW
ADSESSORE CANCELLARIAE IUSTITIAE
BRUNSVICO - GVELPHERBYT.
DESIGNATO
DIE VIII. OCTOBRIS CCCCCXCI.

HELMSTADII
EX OFFICINÀ S. D. LEVKART.

VIRO
ILLVSTRI
ATQVE EXCELLENTISSIMO
IOANNI PAVLO
MAHNER
SERENISSIMO BRUNOVICENSIVM
DVCI A CONSILIIS IVSTITIAE
INTIMIS

FAVTORI PIE COLENDO

GRATAM MENTEM
OB TOT TANTAQVE DE PATRIA
ET DE ACADEMIA NOSTRA
MERITA
HOC QVALICVNQVE LIBELLO
TESTATAM ESSE VOLVIT

T A N T I N O M I N I S

cultor obseruantissimus
Carolus Fridericus Kühne.

CONSPECTVS LIBELLI.

CAPVT I.

De relatione iuris Germ. priv. et iurum
peregrinorum inter se in genere

§. 1 - 6.

CAPVT II.

De ratione inter ius Germ. priv. et ius
Rom. obtinente in specie §. 7 - 44.

Sect. I. De institutis Germanis
aeque ac Romanis cognitis §. 9 - 14.

I. exstantibus legibus domesticis §.

9 - 12.

1. ius Rom. confirmantibus

§. 10.

2. ei contradicentibus §. 11.

12.

II. iis deficientibus §. 13. 14.

Sect. II.

Sect. II. De institutis Germanorum
propriis §. 15 - 42.

I. extante eadem ratione et notione
§. 18 - 21.

II. deficiente ea §. 22 - 42.

1. instituto tali ad genus insti-
tutorum Romanis aequo co-
gnitum spectante §. 23 - 37.
a. quoad characterem di-
stinctuum §. 24 - 30.
b. quoad characterem ge-
neticum §. 31 - 37.

2. ad eiusmodi genus haud spe-
ctante §. 38 - 42.

Sect. III. De institutis mixti gene-
ris §. 43. 44.

PRAE

P R A E F A T I O :

Instituti ratio.

Satis constat inter omnes, qui Iustitiae se profitentur sacerdotes, quantos errores olim commiserint iureconsulti, omnia, quae inter Germanos celebantur, instituta, licet Romanis plane incognita, Romani iuris principiis adcommodare studentes, principes e. g. nostros electores praefectis praetorio, superioritatem nostram territorialem mero et mixto imperio, comitia nostra impe-

rii senatui populoque Romano, homines proprios et rusticos seruis aequiparantes, et illis eadem ac his iura tribuentes, neque quidquam certi iuris putantes, nisi quod ex corpore iuris ciuilis probari posset. Quis est nostrum, qui nesciat, quanta hoc modo patrii iuribus, ad quae conseruanda, imo augenda, quemuis amor patriae stimulat, illata sint detrimenta? Sed nunc iam metuendum est, ne, nimis artis limitibus circumscribendo vsum iuris Romani, ad alterum extremum perueniamus, atque iuri Romano, cui legalis vtique tributa est auctoritas, plus iusto detrahamus. Neque minus constat inter omnes, quam necessario sint certae regulae de recte dijudicandis institutis Germanorum propriis, saepenumero in foro occurrentibus, tradendae. Pertinent huc v. c. cambia, maxima pars pactorum succef-
foriorum, operaeruficorum, iura bannaria, liberatio a patria potestate, quae fit per separatam oeconomiae institutionem, iurisdictio patrimonialis, fidei-
com-

commisum familiae, communio bonorum inter coniuges, et quae sunt reliqua. Regulae de hoc arguento adhuc traditae gravitati caussae satisfacere et rem plane absoluere mihi haudquam videntur. Legas enim, quae hac de re docuerunt viri illustres, quorum multa sunt eximia ad iurisprudentiam excollendam: I. B. C. EICHMANN a), I. ST. PÜTTER b), A. D. WEBER c) I. F. RVNDE d) aliique e), et mecum consenties.

Quae quum ita sint, certa hoc de arguento formari principia, maximi momenti putauit negotium. Ego vero quid praestiterim, aequo Tuo, L. B., et competenti iudicio esto relictum.

a) in den Erklärungen des bürgerlichen Rechts nach Helfeld ad §. 79 et 81.
"Man darf nicht aus dem Iustinianischen Rechte diejenigen Deutschen Geschäfte beurtheilen, die von besondrer Beschaffenheit und den Römern unbekannt gewesen sind, wenn sie auch einige Gleichheit mit den Römischen haben sollten." Adiicit deinde: "Jedoch will ich dadurch keines-

nesweges behaupten, daß das Römische Recht gar keinen Gebrauch bei solchen Deutschen Geschäften habe, indem vielmehr alle gemeinen vorhandenen Rechte, also auch das Römische, wenn keine besondere vorhanden sind, wonach Das, was in Ansehung solcher Geschäfte streitig ist, entschieden werden kann, alsdann zur Richtschnur dienen, in wie fern sie sich auf solche Deutsche Geschäfte wohl schicken." At nonne reliqua est quaestio, quatenus ius Romanum his Germanorum institutis adcommodari possit?

- b) in den Beiträgen zum Deutschen Staats- und Fürsten-rechte. T. II. n. 28. §. 3. "Wäre es nicht lächerlich, wenn man Dinge, die nur Deutscher Herkunft sind und wovon die Urheber der Römischen Gesetze Nichts gewußt haben, nach Römischen Rechten beurtheilen wollten?" Format deinde exceptiones quasdam, quae tamen nullo modo sufficere mihi videntur, quia innumeri casus, quibus ius Romanum eodem iure applicari potest, superfunt.
- c) in den Reflexionen zur Beförderung einer gründlichen Theorie vom heutigen Gebrauche des Römischen Rechts (Wism. 1782. 8.) §. 20. "Auf solche Gegenstände und Geschäfte, welche den Römern ganz

ganz unbekannt waren, sondern bloß aus Deutschen Sitten und Verfassungen, oder andern Quellen ihren Ursprung haben, lässt sich das Römische Recht ebenfalls nicht anwenden, obgleich eine eingebildete Ähnlichkeit dergleichen unschickliche Anwendung leicht veranlassen kann, und oft veranlaßt hat." Adiicit deinde: "Allerdings würde man viel zu weit gehen, wenn man unsre Regel dahin deuten wollte, daß solche Gegenstände, welche den Römern nicht bekannt gewesen, schlechthin in gar keinem Stücke nach Justinianischen Gesetzen behandelt werden könnten. Sind es Fälle, worauf die eigenthümliche Natur dieses Geschäfts keinen besondern Einfluß hat, so lassen sich die generellen Vorschriften des gemeinen Rechts sehr gut anwenden." Punctum fixum iam posuit vir illustris, attamen multa, ni fallor, ad curatius indaganda reliquit.

- d) in seinen Grundsätzen des allgemeinen Deutschen Privatrechts (Gött. 1791.) §. 84. n. 4). "Bei Gegenständen, die den Römern ganz unbekannt waren, kann, ohne den gesunden Menschenverstand zu beleidigen, gar keine Anwendung vom Römischen Rechte Statt finden; und in Ermangelung positiver Deutscher Rechte muß bei solchen Gegenständen bloß nach der Natur der Sache geurtheilt werden."

Sed

Sed conf. §. 514 et 515, §. 689 et aliae,
vbi vir illustris ipse ius Romanum ad ta-
lia iuris obiecta applicauit, ergo nihil
minus aliquam dari iuris Rom. ad haec
instituta applicationem concepsit.

e) v. c. Ill. A. F. SCHOTT in seiner *juri-
stischen Encyclopädie und Methodologie*
§. 109. n. 3).

DISSE

taliae,
ad ta-
nihilolo-
d haec

r juris
dologie

DISSESSATIO
DE
ADPLICATIONE IURIS ROMANI
AD
INSTITVTA GERMANIS PROPRIA.

Io. SAM. FR. BÖHMER *de praeiudicio
iuris Germanici pree Romano in cauf-
fis priuatis*, Franc. 1755. IO. CHR.
IOS. FRANC. IGN. VNGERI *vindi-
ciae iuris Germanici contra abusum iuris
Romani*, Wirceb. 1755. DAV. GE.
STRVBE *von dem Misbrauche und gu-
ten Gebrauche der alten Deutschen Rech-
te, in den Nebenflunden*, T. V. p. 1-83.
EICHMANN l. in *praefat. c. ad §. 79
et 81.* PÜTTER l. c. T. 2. n. 23-29.
WEBER l. c. RVNDE l. c. §. 83-86.

CAPVT I.

SER-

CAPVT I.

DE RELATIONE IVRIS GER-
MANICI PRIVATI ET IVRI-
VM PEREGRINORVM IN-
TER SE IN GENERE.

§. I.

Status iuris in Germania ante iurium peregrinorum receptionem.

Tempus quondam erat in Germania, quo iura peregrina, quibus hodie vtimur, plane efflent incognita, neque amplius iuris Romani veteris, sub Caesare quondam et Augusto in Germaniam translati, vestigia reperirentur, seculo scilicet IX, X et XI a). Quibus temporibus Germani suis ipsorum iuribus vitam adcommodabant. Nihilominus leges vniuersales scriptae plane deerant, sed quaelibet potius natio Germanica proprio suo iure vtebatur. Invaluerant tamen consuetudines quaedam, ab omnibus vel saltim plurimis Germaniae populis in negotiis quibusdam peraeque custoditae b), quae partim cogitandiratione,

DE RELAT. IVR. GERM. ET IVR. PEREGR. 15

tione, partim statu publico, partim climate, aliisque, quae omnibus Germanis essent communia, nitebantur. Quae consuetudines, partim ab omnibus populi ordinibus, partim a toto hominum ordine obseruatae, ius Germanicum commune non scriptum constituebant c).

a) PIUTTER l. c. n. 23. §. 27-29.

b) Idem l. c. n. 27. §. 14-19.

c) Idem l. c. n. 27. §. 30-35.

§. 2.

Receptio iurium peregrinorum.

Variis deinde erroribus in fine seculi XI usque ad XIV iura peregrina, ius Romanum, canonicum et Longobardicum, in Germania legalem obtinuerunt auctoritatem a), et quamvis postea hi errores sint detegiti et patetfacti, nihilominus effectus eorum, ab imperio et caesaribus siue a potestate totius Germaniae legislatoria confirmati, hodie adhuc durant b). Evidem ita hoc factum est, ut ius canonicum, tamquam ius a potestate summa in rebus ecclesiasticis, secularibus longe anterendis, ortum,

ortum, iuri Romano, a potestate summa
in rebus secularibus, ecclesiasticis post-
ponendis, constituto, praferendum c),
ius Longobardicum autem in specie in
causis feudalibus adplicandum sit d).

- a) PÜTTER l. c. n. 23. 24. 25.
- b) Idem l. c. n. 26. § 3-7.
- c) Idem in seiner *Literatur des Staatsrechts*
p. 46-50. I. H. BÖHMER in *I. eccl.
prot. L. I. Tit. 2.* §. sq. EICH-
MANN l. c. ad §. 79 et 81. n. 5).
- d) HORN in *iurisprud. feud.* c. I. §. 37.
in f. g. L. BÖHMER in *principiis I.
feud.* §. 31. 32. BVRIS *Erläuterung
des Lehnsrechts* p. 215. SCHNAV-
BERT's *Erläuterungen des in Deutshl.*
übl. L. R. nach Böhmer ad §. 9 et 31.

§. 3.

*Mutatio status iuris veteris iuribus peregrinis
receptis operata.*

Quibus omnibus effectum est, vt ius
illud Germanicum commune non scri-
ptum, quod ante iurium peregrinorum
receptionem colebatur, iuribus his pe-
regrinis, sicut modo tradidi, receptis,
partim obsoletum et inualidum factum,
partim vel ob diuersum statum publicum
diuer-

diuersosque mores, vel ob confusiones ex principiis iuris Romani applicatis metuendas, vel ob alias rationes nihilominus per totam Germaniam vel saltim in toto hominum ordine aut in regione aut loco quodam conseruatum sit a). Exempla, licet satis cognita, haec illustrabunt. Scilicet valor pactorum successorum b), et pactorum nudorum vis actionem producendi c) constituit eiusmodi consuetudinem antiquam per universam Germaniam conseruatam. Ex hoc iure consuetudinario nec minus deriuandus est mos excludendi feminas a successione in res immobiles, qui viget inter illustres d). In regionibus vel locis quibusdam denique conseruatus est modus succedendi in res utensiles maternas et res expeditorias paternas, vulgo *in die Gerade und das Heergeräthe* e), et communio bonorum inter coniuges, ea in primis, quae ad aquaestum pertinet coniugalem f).

a) PÜTTER in den Beiträgen n. 27. §. 31.

32.

B

b) SAM.

- b) SAM. STRYKII *doctrina de success. ab intell. diff. 8. (c. I. §. 5.) p. 607-917.* LEYSER sp. 43. (m. 5.) et 44. AD. FRANC. HEBENSTREIT. *vindicatio veri valoris palliorum successoriorum tam iure Rom. quam Germ. aduers. errores interpretum* (§. 56 sq.) Erf. 1768. HELLFELD in *iurispr. for.* §. 1664 sq. ERN. CHR. WESTPHAL in *Deutschen und reichsständischen Priuat-rechte* T. 2. n. 71. p. 385. sq. RVNDE l. c. §. 653. sq. p. 512. sq.
- c) STRYK, *in usu mod.* L. 2. Tit. 14. §. 1. L. 12. Tit. I. §. 3. LEYSER sp. 39. m. 5. PÜTTER l. c. n. 27. §. 32.
- d) PÜTTER in *primis lineis iur. priv. princi.* §. 18. Idem in *den Beiträgen* n. 29. RVNDE §. 646-648.
- e) HEINECCII *ius Germ.* L. 2. §. 424. PFENDORF. T. I. obs. 93. WESTPHAL l. c. n. 75. 76. RVNDE §. 682. Qui plura cupit, legat IO. CHPH. REGNER's *praktisches Handbuch von der Gerade und dem Heergerüthe*, Lips. 1781, 8. F. H. M. KERSTEN von *der Inteflatterfolge, dem Heerg. und der G.* ed. 2. Altenb. 1786, 8. G. A. HOFFMANN's *ausführliche Beschreibung der G. und des H. in Ober und Nieder-sachsen*, Lips. 1733.
- f) I. H. IOS. WESTHVS. d. *de origine communionis bonorum inter coniuges, speciatim*

speciatim per dioecesin Monasteriensem,
Gött. 1773. FR. IOS. BODMANN'S
wahrer Ursprung der Gemeinschaft der
Güter unter den Deutschen Ehegatten zur
Erweiterung Weßhusens Grundsätze hier-
von. Francof. ad M. 1784. 8. WEST-
PHAL l. c. T. 2. n. 44. Loca et re-
giones, in quibus obtinet haec confue-
tudo, recensuit I. A. HOFMANN in
seinem Handbuche des D. Ehrechts
(Ien. 1788, 8.) §. 78 et 79.

§. 4.

Partes iurium peregrinorum non receptae.

At enim vero ex his modo prolatis
patet simul, in iis partibus, quibus per-
eleginus status publicus, apud nos num-
quam receptus, moresque peregrini sup-
ponuntur, peregrinorum iurium adappli-
cationem fere omnem cessare, quia eo-
dem statu iisdemque moribus non uti-
mum; ergo quoque quaestio de iuribus
negotiorum, quae his moribus et huic
statui innituntur, non nisi ob analogiam
quandam in foris nostris occurrere pot-
est a). Sed de his vberius posthaec
agemus (§. 18 sq.).

a) WEEBER l. c. §. 16-19. PÜTTER
l. c. n. 28. §. 12. 13. EICHMANN
l. c. ad §. 79 et 81. n. 2).

B. 2

§. 5.

eff. ab
- 917.
A.D.
dicacie
n tam
rrores
ELL-
ERN.
n und
T. 2.
c. §.

L. 14.
SER
§. 32.
priv.
rägen

424.
EST-
682.
IPH.
onder
1781.
Inte-
l. ed.
OFF
g der
sach-

rigine
uges,
iatim

§. 5.

Duplex iuris hodierni genus.

Quibus praefectis facile intelligi potest, duplex hodie in Germania ius obtinere, scilicet I. ius commune-domesticum, partim iuris veteris communis non scripti, contra iuris peregrini principia conseruati, reliquias complexum, partim ex legibus recentioribus, iuri per
~~ergo~~
derogantibus, vel scriptis vel non scriptis, vel communibus vel particularibus, ortum; et II. ius peregrinum commune receptum, quod tamen eatenus tantum legali pollet auctoritate, quatenus neque diuersus status publicus diuersique mores adlicationem eius impediunt, neque consuetudines antiquae conseruatae superlunt, neque leges vel consuetudines nouae adsunt iuri huic derogantes. Eodem modo leges imperii quoque, quae iudiciis, vt secundum *iura imperii communia* judicent, imponunt a), sunt interpretandae, et his verbis tam iura scripta quam non scripta intelligenda b).

a) *Ord.*

*Sed in ius angustissimis fas, definita coronia est, maxime apta
in ius peregrini, cuius ueritas inde deuuldat.*

DE RELAT. IVR. GERM. ET IVR. PEREG. 21

- a) *Ord. Cam. de 1495. §. 3. R. I. N. §.
105. Ord. ind. I. aul. tit. I. §. 15 et
tit. 7. §. 24. etc.*
b) *STRYK in U. M. discursu praelim.
§. 27. PÜTTER l. c. n. 27. §. 40. 41.*

§. 6.

Non omne ius domesticum est correctorium.

Ius commune domesticum continet
igitur principia iuris Germanis propria
et a iuris peregrini praecipiti diuersa.
Quod ius domesticum (id enim ex ante
dictis iam patet) omne tamquam
ius correctorium, ius peregrinum corri-
gens, considerari nequit; qui quidem
error a Ictis seculi XVI saepe sicut com-
missus, atque ex quo inferebant, haec
iura semper esse strictae interpretationis,
et, quantum fieri posset, iuribus pere-
grinis adcommodanda. Quae opinio
nullo iure defendi potest. Sunt enim
confuetudines domesticae, quae iam ante
iurium peregrinorum receptionem in-
ualerant et obserabantur, quae ergo
tamquam ius commune non scriptum
eadem pollent vi, qua ius commune
scriptum gaudet, imo quae potius adiu-

uandae sunt, quam opprimendae a). Porro nec regula, qua nititur haec opinio, scilicet: ius correctorium esse strictae interpretationis, recte sese habet; nam potius ex ratione eius est interpretandum, et in subsidium demum, quum sensus ex eius ratione erui nequit, restringendum, quia mutatio legis non praesumitur b).

a) PÜTTER l. c. n. 21. §. 24.

b) STRVU: in *Synt. iur. civ. ex. 2.* §. 50.
STRVBE in *den Nebenstunden*, T. 5.
n. 32. §. 8.

CAPVT II.

DE RATIONE INTER IVS
GERMANICVM PRIVATVM
ET ROMANVM OBTINEN-
TE IN SPECIE.

§. 7.
Connexio.

Demonstrata iam generali relatione iuriuum receptorum et iuris domestici inter

ter se, requiritur, vt in commentationis serie specialioribus regulis traditis haec ratio adcuratius definiatur. Evidem haec de iure Romano, cuius longe maximus est ambitus, disquirere proposui. Quo facto disquisitio haec de reliquis iuribus receptis facilior reddetur a).

a) A. L. SCHOTT. dé auctoritate iuris canonici inter euangelicos, Erl. 1781.

§. 8.
Ordo dicendorum.

Ad definierandam hanc specialem, quae obtinet inter ius Germanicum priuatum et ius Romanum, rationem, necesse ante omnia est scire, quaenam in foris nostris occurrant causae, et quaenam solae ibi occurrere possint. De institutis Romanis solis propriis, quae ex ipsorum proprio statu publico ipsorumque propriis moribus, a nobis haud receptis, originem traxerunt, in foris nostris lites oriri nequeunt, et hinc quaestio de usu praceptorum de hisce institutis constitutorum hodierno apud nos agitari non facile potest. Officium praefecti praetorio,

24 CAPVT II. SECTIO I.

torio, proconsulis et quae sunt reliqua, in statu publico Romanis proprio fundata, iuris Romani obiecta; stipulationes, iura patronorum, operae libertorum et alia, ex Romanorum propriis moribus orta, instituta, apud nos non occurunt, et, quod ex consequentibus (§. 18.) patebit, praecepta Romana his de argumentis scripta in paucissimis tantum casibus applicari possunt. Omnes potius cauffae, in foris nostris obuenientes, oriuntur 1) vel ex institutis Germanis aequae ac Romanis cognitis; 2) vel ex institutis solis Germanis cognitis; 3) vel denique ex institutis ex vtrisque mixtis. De quibus omnibus suo ordine agam.

SECTIO I.
DE INSTITVTIS GERMANIS
AEQVE AC ROMANIS
COGNITIS

§. 9.
I. Exstantibus legibus domesticis.
Maximus institutorum, quorum iura in foris diiudicanda veniunt, numerus est

~~Alius quis quicdam omnes, quae natura de re necessariae rapiuntur
quaeque res schatina regunt, nec ciuitatis principia
privatae quaeque quibusque quibusque ad argumentum suum pertinet
sunt retinendis sibi.~~
DE INSTIT. GERM. ET ROM. COGNITIS. 25

est eorum, quae inter Germanos aequo celebrantur ac olim apud Romanos. Refero huc ex multis: contractus, fennitutes, testamentariam et legitimam successionem, pignora et hypothecas, tutelam etc. In quibus diiudicandis ante omnia leges domesticae, de tali argu-
mento quidquam disponentes et iuri Romano praefundentes, inuestigandae sunt, siue ex iure veteri non scripto superflint, siue sint leges scriptae recentiores iuri Romano derogantes. Repertis eiusmodi quibuscumque iuribus domesticis, iam erit disquirendum:
1) utrum ius Romanum tantum confirmant, 2) an potius contrarias contineant dispositiones? 3) an potius ius Rom. aliquis opponant, &c. 10.

1) *Ius Romanum confirmantibus.*

In priori casu applicationi iuris Romani confirmati et in domesticum transmutati nihil plane obstat; imo huius juris domestici interpretatio ex iure Romano desumenda, eique conuenienter vel declarativa vel restrictiva vel etiam extensiva concipienda est. Exemplum prae-

B. Subiuganda ex preci bet
comunis b. inter coemus, postea frumenta, pacidae,
separandi factio respectu per maiorat.

26 CAPVT II. SECTIO I.

bet MAXIMILIANI Imp. constit. de Notariis de testamentis ordinandis disponens. Confirmat enim expresse ius Romanum, et hinc in locis, vbi incompleta aut obscura est, supplementum aut interpretationem ex iure Romano repetit. In testamento parentum inter liberos e. g. duos testes requirit a); sed hic locus, vt iuri Romano conueniat, de solo testamento p. int. l. nuncupatio intelligi debet b).

Friple, nullus
Nou. 107. a) MAX. I. *Ordnung der Notarien, tit. von Testamenten, §. 2. circ. f. (SENKENB. Samml. d. R. Absch. T. 2. p. 160.)*

b) L. 16. 18. C. fam. ercisc. (III. 36.) arg.
L. 12. D. de teflib. *(WERNHER P. 5. obs. 154. 22, 5.)*

§. II.

2) *Iuri Romano contradicentibus.*

In casu posteriori decisio caussae non ex iure Romano sublato, sed ex iure domestico est desumenda, quia hoc partim juris communis domestici, numquam a Romano sublati, sed potius ei praferendi, partim iuris correctorii habet rationem.

nem. De priori iam proposui exempla (§. 3). Ius domesticum recentius correctorium vel commune vel particulare est. Exempla eiusmodi iuris communis Romano derogantis fistunt leges imperii, quae e. g. praescribunt a), ut quilibet tutor praeuia cognitione, saluaene sint res pupilli, a magistratu confirmetur, nec administrationem ante confirmationem impetratam fuscipiat, quum iure Romano tutor solus testamentarius, imperfecte constitutus, confirmari debat b). Porro leges imperii c) tutori iniungunt, ut quotannis stante adhuc tutela vel cura reddat rationes, iure Romano finita demum tutela eas exigente d). — Exempla iuris correctorii particularis praebent omnes leges particulares. In terris Brunsvico-Guelpherytanis e. g. omnes contractus, de bonis immobilibus alienandis initi, cum magistratu intra sex menses, a tempore perfecti negotii computandos, sunt communicandi e). Porro secundum leges particulares plerumque coniux superstes ab intestato semper succedit f), iure Romano

28 CAPVT II. SECTIO I.

mano solum coniugem pauperem ad successionem locupletis admittente g), aut in defectu omnis cognitionis honorum possessionem ex edicto unde V. et V. ei concedente h).

- a) Ref. Pol. de 1543. tit. 31. §. 2. et de 1577. tit. 32. §. 2. IVST. CLAP. ROTH's Rechtswissensch. von freiwilligen Gerichtshandlungen (ed. 3. 1789). §. 149. p. 275 sq.
- b) L. 1. 2. C. de confirm. tutore. (V. 29) HELLFELD. §. 1310 sq.
- c) Ref. Pol. de 1577. tit. 32. §. 3. CLAP. ROTH l. c. §. 153. p. 303 sq.
- d) L. 1. pr. L. 4. pr. D. de tut. et rat. dñlr. HELLFELD §. 1363.
- e) Conflit. de 2 Decembr. 1744.
- f) In nostris terris de hoc arguento latet Conflit. de 30 Dec. 1754. Cf. de his et aliis exemplis LEOP. FRID. FREDERSDORF's Prontuariovm det fürschlich Braunschweig Wolsenbüttelsche Landesverordnungen, 5 Tomi, Brunf 1777-1785, 4.
- g) Nov. 53. c. 6. Nov. 117. c. 5.
- h) L. vn. C. unde vir et ux. (VI. 18.)

§. 12

*ad. Minori dispositione divisionem traherent, num in hoc iure ex prefinitate
magis sucederet. —
Vt plures Iusquæ p[ro]pter lineas, gradualis suffitio, an linealis in
linea suffitio?*

DE INSTIT. GERM. ET ROM. COGNITIS. 29

§. 12.

Interpretatio iuris correctorii.

At enim vero hac occasione oriri potest quaestio: quanam ratione hae leges nouae ius Romanum corrigentes, siue vniuersales siue particulares sint interpretandæ? Quas olim omnes ICti ex iure Romano interpretabantur, et huic, quantum fieri posset, adcommendandas esse docebant, quia lex correctoria esset strictæ interpretationis. Sed hanc opinionem iam alii satis refutarunt a). Ius potius correctorium ante omnia ex ratione sua interpretandum est; imo quum ex hac ipsa, ob quam lex lata est, ratione adpareat, non solum casum expessum, sed alios etiam comprehensos voluisse legislatorem, extensio locum habet b). Tunc demum, quum ex ratione evidenter colligi nequit, quorsum tendat legislatoris intentio, verum est, quod lex correctoria iuri communi sit adcommendanda et stricte interpretanda, quia mutatio legis non praesumitur c).

p. 35.

a) SIM. PET. GASSER in d. de brocar-
dico: *Statuta interpretanda esse ex iure
communi. ECKHARD. hermeneut. iur.* p. 28. cap. 12.
L. 2. c. 1. ibique WALCH.

#

p. 25.

b) STRV. et
e.g. de iure R. fuciferis ex, et
proximatis gradus. Abi si plures lineas adint, regule
3. domine per linea faciat aliq[ue] adiuvant ut proximum sit
superficiem, qui sustinet extrema huius linea?

17 id

30 CAPVT II. SECTIO I.

- b) STRVV. in *synt. iur. civ. ex. 2.* §. 50.
c) STRYK. in *disc. praelim. V. M. prae-*
mis. §. 33.

§. 13.
II. Deficientibus legibus domesticis.

Haec de diiudicandis iis negotiis, de quibus iam loquor, vbi leges domesticae exstant, quarum obiectum constituunt, videntur statuenda. Quum vero leges domesticae, de eiusmodi institutis, Germanis aequa ac Romanis cognitis, latae, omnino deficiunt, nihil sane est, quod plenae iuris Romani adlicationi obstet. Nam vel ius naturae confirmat, neque a simplici eius praescripto recedit, et in hoc casu iam ex vi obligatoria iuris naturalis vniuersali, subsidiaria tamen, nos obligat; vel positivas de his argumentis dispositiones continet, neque tunc ratio adparet, cur minus nos obliget, quia in his in primis dispositionibus ipsa receptione auctoritatem iuris communis obtinuit.

§. 14.
E x e m p l a
Itaque valent apud nos et adplicanda sunt iuris Romani praescripta: de *con-*
tractibus

tractibus consensualibus, vbi parum a iure naturali recedit a); de termino minorenitatis ^{b)}, nisi in regione aut loco quodam veteres consuetudines, ali- um terminum constituentes, conseruatae sint, vel leges nouae alium terminum con- stituerint ^{c)}; de emancipationibus b), quas expressas vocant; de adrogationi- bus et adoptionibus c), vt et de testa- mentis, praesertim quia ordinatio de Notar. d) praescribit notariis, vt in te- stamentis ordinandis ius commune ob- seruari current; imo formam testame- ti Romanam ipsi principes nostri obser- uare tenentur e); porro de successione ab intestato, inter incolas urbis fal- tim f); de seruitutibus in sensu iuris Romani, quae in non faciendo vel in patiendo consistunt g); quae quidem iuris Romani praecepta applicari quo- que possunt, licet species seruitutis Ro- manis fuerit incognita, vel saltim proprio nomine non insignita sit h); de tempo- ribus praescriptionum i), nisi quod iure Germanico detur praescriptio annalis, vbi ius Romanum eam ignorat k), et de

32 CAPVT II. SECTIO I.

de aliis institutis, vel vna cum iure Romano in Germania receptis, vel antea iam celebratis. Quae tamen omnia interdum legibus particularibus mutata sunt 1).

a) PÜTTER in den Beiträgen, n. 28. §. 14. RVNDE, l. c. §. 189. p. 128.

b) LEYSER sp. 327, m. 6. RVNDE §. 295. p. 195.

**) Quas recensuit IO. P. de LVDEWIG, de aetate legitima puberum et maiororum, Caesaris principum, clientum, subditorum, idque Europae uniuersae, praesertim Germaniae, Hal. 1725. HÖPFNER im Kommentare über die Instit. ad §. 230. p. 203.

b) LEYSER. sp. 21. m. 3. STRYK. in U. M. L. I. tit. 7. §. 17. Nonnulli eas in Germania penitus cessare putant, v. c. HAHN. ad Wesembec. tit. de adoptionib. n. 7. at exempla occurunt in FR. DOM. HAEBERLIN's neuerster D. Reichsgesch. T. 14. p. 615. I. I. MOSER's Familiestaatsrechte, T. 2. p. 779 sq. CRÄMER's Nebenfundi. T. 38. p. 40. et alibi.

c) LEYSER. sp. 20. m. 2. STRYK. in U. M. L. I. tit. 7. PFENDORF. T. 3. obs. 46. EISENHART's R. Handel, T. 3. n. 3. MÜLLER ad Leyser tit. 96.

- tit. 96. ibique alleg. Quidam, hoc institutum Romanum cum pactis successoriis, instituto Germanico, confundentes, dissentunt, v. c. THOMASIVS de *vñ praktico tit. Inst. de adopt.* Hal. 1714.
- d) MAX. I. *Ord. d. Notar. tit. von Testamenten.*
 - e) WESTPHAL l. c. T. 2. n. 74. p. 443 sq.
 - f) RVNDE §. 647-650. p. 508 sq. De incolis urbium vid. ERN. L. A. EISENHART's *Verfuch einer Anleitung zum D. Stadt- und Bürger-rechte,* (Brunf. 1791) §. 122. 123. p. 173 sq.
 - g) HELLFELD §. 620 sq.
 - h) STRVBE in *den rechtl. Bed.* T. I. n. 122. ESTOR's *kleine Schriften,* n. 12. p. 760.
 - i) SAM. STRYK. *de iure craticum,* Hal. 1700. WESTPHAL l. c. T. I. p. 317.
 - j) IAC. RAVE *principia vniuersae doctri- nae de praescriptione,* ed. 3. Hal. 1790, 8.
 - k) C. G. RICCI truct. *de praescriptione Germanorum veteri iuxta et hodierno,* (Fran- cof. 1728, 8.) c. 4. G. L. BENKE *de praescriptione Germanorum annuali.* Giff. 1751.
 - l) RÜTTER l. c. n. 28. §. 14-16.

C SECTIO

34 CAPVT II. SECTIO II.

SECTIO. II.

DE INSTITVTIS GERMANO-
RVM PROPRIIS.

§. 15.
Connexio.

Absoluta iam disquisitione de usu iuriis Romani in institutis, quae apud Germanos aequae ac olim apud Romanos reperiuntur, grauissima sequitur commentationis meae pars, circa quam in primis versatur oratio et quaestio mea, et qua adlicationem iuriis Romani ad instituta Germanis propria, Romanis plane incognita, rite instituendam explicare proposui (§. 8).

§. 16.
Cautela obseruanda. Praemittenda quaedam.

In qua quaestione instruenda summa attentione propiciendum est, ut nec parata iuriis Romani adlicatione fanae rationi et amori, patriae patriisque iuribus debito, inferatur praejudicium, nec iuri Romano plus iusto detrahatur. Reptendum simul hoc loco est, quod supra

(§. 2)

(§. 2 sq.) iam monui, ius Romanum in genere quoad omnes eius partes esse receptum, nisi quatenus ob diuersum statum publicum diuersosque mores applicari nequit, aut iura domestica, Romano praferenda, adsunt. Scilicet diuersi mores illi soli iudicandi sunt, qui instituta plane diuersae notionis et rationis probant. Diuersi mores igitur haud habendi sunt, qui institutum quoddam eiusdem notionis et rationis probant, quamvis eodem nomine non insigniatur, sicut neque ex iisdem nominibus convenientia morum concludi potest. Ad haec ergo instituta non minus, quam ad ea, quibus hodie idem nomen tribuimus, ius Romanum ob receptionem eius generalem applicari debet. Deinde quamvis iuris Romani conditores speciem quandam negotiorum eiusdem generis ignorauerint, nihilominus eandem ob causam praecepta de genere ad hanc quoque speciem applicanda sunt. In consequentibus probabo, ICtos, quamvis haec principia expresse non tradiderint,

36 CAPVT II. SECTIO II.

rint, in obuiis caussis secundum meam
fententiam iudicasse.

§. 17.
Distincō formanda.

Lectis relectisque, quae ICI re-
centiorum temporum de hoc argumen-
to ducuerunt, collatisque multis, imo pluri-
mis, casibus, quibus uniformiter fere
iuris Romani adapplicationem admittunt,
his limitibus tota res mihi visa est cir-
cumscribenda. Scilicet omnis haec dis-
quisitio ad hanc redit distinctionem:
videndum est, vtrum instituti Germanis
proprii notio et ratio eadem sit ac insi-
tuti Romani, nec ne.

§. 18.
I. Exstante eadem notione et ratione.

Exstante eadem notione et ratione
inter institutum Germanicae originis et
institutum Romanum, ob caussam modo
traditam (§. 16.), deficientibus normis
domesticis, praescripta Romana de insi-
tuto, cuius notio et ratio intercedit, ad-
hibenda sunt. Exempla haec illustra-
bunt. Portio statutaria in genere est
portio

portio hereditatis defuncti coniugis, coniugi superstiti ex lege speciali competens. Datur duplex eius species, altera necessaria, quae necessario relinquenda est, altera voluntaria, in qua coniux superstes ab intestato succedit a). Portio statutaria in specie sique necessaria est portio hereditatis defuncti (coniugis) certae personae (coniugi superstiti) ex praescripto legum (particularium) relinquenda. Eadem est notio et ratio legitimae Romanae b), cuius etiam nomen leges particulares interdum ipsi tribuunt c). Ergo, deficientibus normis domesticis legum particularium, decisio quaestionum, in hac portione statutaria occurrentium, ex iuris Romani doctrina de legitima desumenda, et e. g. statuendum est: alterum coniugem dispositione quadam vel inter viuos vel mortis causa alteri eam neque plane detrahere neque minuere posse, quod ius Romanum d) de legitima praescripsit e). Porro coniugi superstiti concedenda quoque est actio expletoria f) utilis ad supplendum id, quod portioni statutariae deest. Atta-

C 3 men

*Frater
amen
dotality
p. 67.*

38 CAPVT II. SECTIO II.

men quaestio, an pacto inter coniuges minui vel plane detrahi possit haec portio statutaria? ex iure Romano soluenda non est, quia exstat consuetudo communis Germanica, quae omnibus pactis successoris, ergo huic quoque, perfectam tribuit obligationem, iuri Romano, quod in subsidium tantum receptum est, praefferenda g). Adsunt quidem leges particulares, alteri coniugi, ut testamento quoque portionem statutariam possit minuere, permittentes h), sed in hoc casu id deinceps, in quantum minui potest, pro vera eius quantitate habendum est i). Dantur porro leges particulares, quae concedunt, ut coniux alterum coniugem a portione hereditatis ab intestato debita etiam dispositione unilaterali plane excludere possit k); sed in hoc casu non adest portio statutaria, de qua iam loquor, siue necessaria, sed potius portio tantum ab intestato debita, siue voluntaria.

a) c. f. WALCH *de portione statutaria*.
Ien. 1776.

b) HELLFELD. §. 544.

c) Cf.

- c) Cf. de statutis Gürlitzenſ. SCHOTT's juriftisches Wochenblatt, T. 2. p. 323.
- d) L. 30. 31. 32. C. de inofficioſ. teſtam. (III. 28.) L. 2. 3. C. de inoff. donati. (III. 29.) Nov. 92.
- e) Conſentiant mecum inter plures: STRYK de ſucceſſ. ab intell. diſſ. 4. c. 3. §. 1-3. p. 288. 289. BERGER. in oeconom. tur. L. 2. tit. 4. th. 34. not. 2 b). RVNDE l. c. §. 689.
- f) ex L. 30. C. de inoffic. teſt. (III. 28.) I. L. SCHMELDT's Lehrbuch von ge-richtlichen Klagen und Einreden (ed. 4, len. 1792.) §. 549 ſq. p. 310 ſq.
- g) STRYK, l. c. diſſ. 4. c. 3. §. 20. p. 298.
- h) quod de Nordhusenibus testatur TI- TIVS in den Erbfällen der Stadt Nord- hausen, p. 70.
- i) RVNDE l. c. §. 689. n. c.
- k) quod e. g. in terris Brunsf. Guelph. fa-ctum eſt Conſit. de 30 Decembr. 1745.

§. 19.

Continuatio.

Aliud exemplum praebet conditio ho- minum propriorum, institutum Germa- nis proprium, a conditione seruorum Romanorum longe diuersum. Quia tamen utriusque quadam perfonam liberta-

C 4 te

40 CAPVT II. SECTIO II.

te naturali desituti sunt, et domino debent operas, eatenus vtrorumque conditio est eadem. Ius Romanum autem seruis praescriptione libertatem naturalem adquirere, et iura potestatis dominicae extinguere permittit, et hinc deficientibus normis domesticis ob analogiam eandemque rationem statuendum est, eadem praescriptione homines quoque proprios libertatem naturalem adquirere posse a).

a) RAVE doct^r. de praescr. §. 96-99.

§. 20.

Continuatio.

Aliud exemplum rustici nostri praebent quoad personam liberaⁱ, ordinem hominum, qui apud Romanos non separiebatur, constituentes. Saepius tamen praedii sui dominum agnoscunt, et praedium suum vel iure dominii minus pleni vel iure personali possident, et in hisce casibus summa inter eos et emphyteutas vel conductores similitudo intercedit; et ob hanc analogiam stat^o nulla tuo: hos rusticos ob censu^s non soluto^s calamita^m remitti mercet^e? expellit

expelli posse b), quamuis usus fori fru-
stra adhibitis lenioribus remediis ad hunc
rigorem demum procedat c). Si autem
rusticus, fundum iure pleni dominii pos-
siderens, census debet, haec censuum praef-
statio tamquam obligatio ex iure banna-
rio, siue, ut parum adcurate loquuntur,
ex seruitute in faciendo consistente de-
scendens, considerari potest, ad quam
praestandam rusticus actione utili con-
fessoria compelli potest.

a) RYNDE l. c. §. 482. 483.

b) BVRI von Bauergütern, p. 129.

c) WESTPRAL l. c. T. I. p. 395.

§. 21.

Continuatio.

Denique nexus feudalis est institutum
Germanicum, Romanis plane incogni-
tum, quod iam satis alii probarunt a).
Nihilominus ob eandem rationem et no-
tionem in negotiis in hoc nexus occurren-
tibus, deficientibus normis domesticis et
Longobardicis, ius Romanum haud in-
congrue applicatur, prout quoque ipsi
libri feudorum saepius illud confir-

C 5 mant

42 CAPVT II. SECTIO. II.

mant b). Exemplum in primis conspicuum praebet doctrina de debitibus feudalibus. Praescripta iuris Longobardici de hoc argumento incompleta sunt; quia autem deprehenditur debitum a tertio, qui illud non contraxit, solendum, et hoc iure communi vel ex versione in utilitatem rei vel personae c), vel ex consensu tertii, quo adcedente contractum est d), oritur, in iure feudali quoque debitum feudale sua natura tale ex versione et debitum feudale consensuatum statuitur e).

- a) G. L. BOEHMER in *praefat. ad I. H. Böhmeri exercit. ad D. T. 3. §. 2. 10.* Idem in *principiis I. feud.* §. 12 sq. A. I. SCHNAUBERT's *Erläuterungen des in D. üblichen L. R. über Böhmer* ad §. 12 sq.
- b) e. g. II. F. 1. pr. II. F. 24. §. 9.
- c) L. 3. §. 2. L. 3. §. 9. L. 10 D. *de in rem verso.* HELLFELD. §. 914. sq.
- d) L. 2. pr. et §. 1. D. *quod insu.* HELLFELD. §. 315.
- e) PVFENDORF T. 3. obf. 139. 142. 143. 144. HORN. in *iurisprud. feud.* c. 21. STRVY. in *synt. iur. feud.* c. 14.

S. 22.

§. 22.

II. Deficiente eadem ratione et notione.

Haec de priori casu sufficiant; iam ad posteriorem progredior. Deficiente scilicet hac eadem notione et ratione, summa attentione disquirendum est, vtrum institutum, de quo quaestio proponitur, ad genus spectet institutorum, Romanis aequae cognitum, de quo vberius disposuit ius Romanum, quamvis hanc eius Speciem ignorauerit; an potius hoc institutum sit generis plane diuersi?

§. 23.

I) Instituto tali ad genus institutorum Romanum spectante.

De priori casu primo agam. In instituto Germanico, ad institutorum genus spectante, de quo vberiora exstant iuris Romani praecepta, qualitates, essentiam eius et characterem distinctiuum constituentes, i. e. quibus a reliquis eiusdem generis institutis, Romanis aequae cognitis discernitur, distinguendae sunt a qualitatibus characterem eius geneticum constituentibus, i. e. quae ei communes sunt

44 CAPVT II. SECTIO II.

funt cum reliquis eiusdem generis institutis, ob quas ipsas ad hoc genus referendum est.

§. 24.

a) *Quoad characterem distinctium.*

Quod adtinet ad qualitates, characterem eiusmodi instituti distinctium constituentes, hae ex solis iuris domestici praescriptis, et his deficientibus ex natura rei deriuandae et dijudicandae sunt. In his enim vis obligatoria iuris Romani nulla esse potest, quia hoc ipsum est, in quo Germani neque mores Romanorum neque eorum iura receperunt, imo recipere non poterant, quia nulla existabant. Exempla etiam haec illustrabunt.

§. 25.

Exempla.

Finis cambiorum est paratissima debiti solutio, ita ut debitor cambialis iusto tempore vel soluere debeat, vel arrestum personale sibi imponi patiatur. Qui eius finis non permittit, ut omnes exceptiones, quas ius Romanum contra obligationes ex conuentione alias nascentes

scentes admittit, cambio quoque opponi possint, quia, exceptionibus altioris indaginis admissis, solutio diutius differetur; quin potius solae in continentि liquidae exceptiones admittuntur. a)

- a) HEINECCI elem. iur. camb. c. 7. sect.
2. § 3-9. 14. PÜTTMANN im Wechselrechte §. 25. et 180 sq. I. PHIL.
BEHM natura et indeoles exceptionum in
causis cambiis occurrentium, Götts.
1783. WESTPHAL. l.c. T. 2. n. 66.
P. 358 sq.

§. 26.

Continuatio.

Porro in Germania dantur iura libertatem naturalem restringentia, quae in eo consistunt, ut dominus praedii alieni in alterius rei vel personae utilitatem aliquid faciat, quae iura bannaria sive seruitutes in faciendo consistentes vocant, quamvis definitio seruitutis facta excludat a), Haec iura igitur secundum principium iuris Romani: quod praedium nihil facere possit, non sunt diadicanda et pro inefficacibus habenda, quia Germani loco praedii, quod quidem nihil facere posset, dominum eius

46 CAPVT II. SECTIO II.

eius facere posse putabant, fundamento
saltim obligationis in praedio latente b).

a) L. 15. §. 1. D. de servitutibus.

b) EPIHR. GERHARD de servitutibus in
faciendo consilientibus, len. 1710. GOTTL.
GERH. TITIVS de servitate facienda,
in Vol. diff. p. 508.

§. 27.

Continuatio.

Nouum exemplum sicut species tute-
iae Romanis incognita, pacitia scilicet a). Pacto constituitur haec tutela,
et, quia ius ex pacto quaeclsum alteri
inuito auferri nequit, testamentariae et
reliquis omnibus est praeferenda. Hinc
ius Romanum, quod triplicem tantum
tutelae speciem format, testamentariam,
legitimam et datiam, et testamentaria-
riam reliquis praesert b), apud nos ad-
plicari nequit.

a) Historiam litis de quaestione: an tutela
pacitia in iure Romano fundata sit? re-
peries in D. NETTELBLADT's Halli-
schen Beiträgen zur juristischen gelehrten
Historie P. I. p. 121 sq.

b) L. II. pr. D. de testam. tut. HEL-
FELD. §. 1303.

§. 29.

§. 28.

Continuatio.

Deinde saepissime apud nos occurrit species iurisdictionis Romanis incognita, Patrimonialis scilicet, quae fundo aut Vniuersitati ita competit, ut possessio fundi et Vniuersitas eam proprietatis iure exerceant a). Itaque in patrimonio est, et ad quemlibet possessorem, siue sit iurisdictionis capax, siue incapax, transit, et hinc qualitates personales, iure Romano in iudice necessarias b), in domino huius iurisdictionis non requirit, sed potius feminae, minores aliisque iurium imperiti eam habere possunt c.)

a) HELLFELD. §. 191 ibique alleg.

b) L. 12, §. 2. D. *de iudic. et ubi quisque.*
L. 57. D. *de re iudic.* Nou. 82. pr.
CLAPROTH. in der Einleitung in den
ordentlichen blügerl. Proz. §. 45.

c) GRAMS *de femina iurisdictionem haben-*
te. HELLFELD. §. 191.

§. 29.

Continuatio.

Fideicomissa familiae sunt bona,
quae paterfamilias quidam descendenti-
bus

48 CAPVT II. SECTIO II.

bus suis ad conseruandum et augendum
familiae splendorem ita reliquit, vt sem-
per a membro familiae possideantur, nec
vmquam in extraneum alienentur a).
Quam qualitatem bona, in primis im-
mobilia, vel lege sive obseruantia parti-
culari, vel pacto inter membra familiae
inito, vel dispositione vnilaterali primi
adquirentis adipiscuntur, et in casu po-
steriori adest species fideicommissi Ro-
mani, sive ultimae voluntatis vnilatera-
lis, qua alicui hereditas eiusue pars al-
teri restituenda relinquitur b). Nihilo-
minus tamen omnia iuris Romani prin-
cipia de hoc arguento tradita ad haec
bona applicari nequeunt c). Quaeri-
tur e. g.: an in restituendis his fidei-
commissis quarta Trebellianica detrahi
possit? Iure Romano quarta in ulterio-
ribus quidem restitutionibus cessat d),
non autem in prima; sed in nostris fi-
deicommissis ob finem eorum cessantem
ne in prima quidem restitutione potest
detrahi, quia quarta parte deducta valde
minueretur fideicommissum, neque am-
plius tantum, quantum testator voluit,
ad

ad conseruandum imo augendum familiae splendorem valeret, cui tamen ex eius intentione eodem modo in perpetuum, quousque membrum familiae superstes est, debet inferuire e). Eandem ob causam restitutio horum bonorum ultra quartum quoque gradum fieri debet f), neque ius Romanum adPLICARI potest, quod ad quartum gradum eiusmodi restitutiones restrinxit g). Denique in hisce bonis non vltimi possessoris, sed primi adquirentis beneficio succeditur; restitutio potius obnoxia sunt, de quibus igitur possessor neque inter viuos neque mortis caussa disponere potest. Successor ab antecessore exheredari nequit h), neque ex iis debetur legitima, neque successor antecessoris facta praestare tenetur i). Quae omnia deficientibus normis domesticis ex natura rei desumuntur.

a) WESTPHAL. I. c. n. 57. p. 232 sq.
J. C. RICHTER *tentamen theoriae de
fideicommissis familiarium illustrium et no-
bilium Germaniae ad habitum et mores
hodiernos spellatae*, Mog. 1790.

50 CAPVT II. SECTIO. II.

- b) I. H. BÖHMER *de fundamento patrōrum ad fideicommissum inclinantium*, in *exerc. ad P. T. 2.* p. 403. PVFENDORF. T. 2. obs. 85.
- c) I. C. HEIMBURG *differentiae iur. comm. et Germ. in doctrina de fideicommissis*, Ien. 1714. B. G. H. HELLFELD. *de fideicommissis familiarum illustrium, solumque si alienata sunt revocatione*, Ien. 1779.
- d) L. 22, §. vlt. L. 47. §. 1. L. 55. §. 2. D. ad SC. Trebell.
- e) STRYK. in V. M. L. 36. tit. I. §. 7. BERGER in O. I. L. 2. tit. 4. th. 34. not. 2 b). BÜHMER I. c. c. 2. §. 11. WESTPHAL. I. c. n. 57. §. 25. p. 241.
- f) STRYK *de succ. ab int. diff.* 7. c. 3. §. 38-41. WERNHER in sel. obs. for. T. 1. P. 4. obs. 135. T. 2. P. 8. obs. 256. I. L. SCHMIDT's öffentl. R. Sprüche, n. 14. p. 98 sq.
- g) Nou. 159.
- h) WILDVOGEL *de fideicommissis familiarum nobilium conuentionalib.* §. 9. WESTPHAL. n. 57. §. 24. p. 240.
- i) Exceptiones vid. apud RVNDE I. c. §. 695.

§. 50.

§. 30.

Continuatio.

Modus liberandi se a patria potestate Germanis proprius, qui sit per separatae oeconomiae institutionem, longe discrepat a Romanorum emancipatione a). Haec enim liberatio plerumque patris contingebat beneficio, paucis casibus exceptis b); ob quod patris beneficium dimidius aduentitiorum vslusfructus, tamquam emancipationis praemium ei concessus est c). Ratio huius dispositionis cessat in liberatione per separatae oeconomiae institutionem, quae etiam iniuto patre fieri potest d); ergo cessat quoque hoc praemium. In eo solo casu, quo hodie haec liberatio tamquam verum patris beneficium considerari potest, praemium eius debetur, scilicet in vera emancipatione e).

a) MÜLLER ad Leyf. P. I. ohs. 100.
BÜHMER exercit. ad P. T. I. p. 944.
HEIMBURG. *difficillima emancipatio-
nis capita*, §. 7. sq.

b) L. 31. D. *de adopt.* §. vlt. I. *quibus mo-
dis ius p. p. solu.* Exceptiones tradit
I. P. WALDECK in *inflit.* Heinect. §.
144. not. b)

D 2

c) §. 2.

52 CAPUT II. SECTIO II.

- c) §. 2. I. per quas personas cuiq. adquir.
L. 6. § 3. C. de bonis, iquae liber. (VI. 60.)
HÖPFNER im Kommentare über die
Instit. ad §. 161.
- d) STRYK. in U. M. L. 1. tit. 7. §. 26.
BERGER in O. I. L. 2. tit. 2. th. 33.
n. 9.
- e) STRYK. l. c. BERGER l. c. LEYSER
sp. 164. m. 4. CRAMER in den Weiz-
lar. Nebenst. P. 81. p. 117 sq. PVFEN-
DORF. T. I. obf. 89. §. 16. 17. HELL-
FELD. §. 908.

§. 31.

b) Quoad characterem genericum.

Iam in commentationis meae serie
michi agendum est de qualitatibus insti-
tuti Germanis proprii, quae ei commu-
nes sunt cum reliquis eiusdem generis
institutis, Romanis aequae cognitis, ob
quas iphas huic generi adnumeratur.
Ex supra iam demonstratis facile patet,
ius Romanum ad has quoque species,
licet ipsi haud cognitas, applicari posse
(§. 16). Hoc enim ius generatim de
toto institutorum genere, ad quod et
haec species pertinet, est receptum,
quamobrem huic quoque speciei quali-
tates generis tribuenda sunt. Exem-
pla

DE INSTIT. GERM. PROPRIIS. 53

pla sententiam meam confirmabunt,
quae, vt eo magis conspicua sint, ex antea
(§. 25 sq.) formatis deriuabo.

§. 32.
Exempla.

Cambium est conuentio, ex qua ori-
tur obligatio cambialis; quae igitur est,
obligatio ex conuentione ad quam iu-
ris Romani placita generalia de omnibus
obligationibus ex conuentione optime
applicari possunt. Quidquid ad obliga-
tionem ex conuentione producendam
requiritur, ad obligationem quoque cam-
bialis necesse est. Ergo consensus
requiritur, et quidquid consensum,
idem impedit hanc obligationem a).
Actiones ex pacto tolluntur praescriptio-
ne tricennali b); ergo deficentibus dis-
positionibus domesticis cambialis quoque
actio triginta annis finiri censenda est c).

a) HELLFELD §. 287-302. GODOFR.
LVD. MENCKEN *de personis cambiali-
ter contrahere prohibitis.* HEINECCII
elem. iur. camb. c. 5.

b) L. 3. C. *de praescript. 30. l. 40. annor.*
(VII. 39.) L. 1. §. 1. C. *de ann. except.*
C 3 (VII.

54 CAPVT II. SECTIO II.

(VII. 40.) RAVE in princ. dothr. de
praescript. §. 127 sq.

c) LUDOVICI *Einleitung in den Wechsel-*
prox. c. II. §. 23. I. FR. EISEN-
HART. inflit. iur. Germ. priu. L. 3.
tit. 17. §. 29. HEINECCII clem. cit.
c. 6. §. 14. WESTPHAL l. c. P. 2.
n. 68. §. 7. p. 375.

§. 33.
Continuatio.

Iura bannaria sunt iura libertatem re-
rum naturalem restringentia. Eiusdem
generis sunt feruitutes Romanae, et eo-
dem modo, quo haec praescriptione vel
alio modo constitui vel finiri possunt, iu-
ra quoque bannaria constitui et tolli posse
statuendum est), imo eadem actiones,
quas ius Romanum ex feruitutibus con-
cessit, utiliter saltim ex iure quoque ban-
nario concedendae sunt b).

a) L. 16. C. de usufructu (III. 33.) L. 16.
C. de feruit. et aq. (III. 34.) RAVE
l. c. §. 103. EICHMANN. ad Ravii
§. 84. n. f.).

b) HELLFELD §. 685 sq. MENCKEN
dothr. de actionib. fest. l. c. 2. membr.
5. et 6. SCHMIDT von Kl. und Einr.
§. 471-480. p. 265.

§. 34

DE INSTIT. GERM. PROPRIIS. 53

§. 34.

Continuatio. Tutela vero fructuaria?
Nominalis ~~re~~ Tutela pacititia est quidem institutum
Germanis proprium, quatenus pacto con-
stituitur; est tamen species tutelae, et
quae ius Romanum de omni tutela pree-
scripsit, eadem ad hanc quoque speciem,
licet Romanis incognitam, adplicanda
sunt a).

2) LEYSER de tutela paqtitia, Helmst.
1726. HÖPFNER de tutela paqtitia et
natur. Lips. 1731.

§. 35.

Continuatio.

Iurisdictio patrimonialis est quidem
species iurisdictionis Germanis propria,
quae in eo a iurisdictione Romana rece-
dit, quod hereditaria sit, et nomine pro-
prio exerceatur; nihilominus tamen est
iurisdictio, et in ceteris omnibus ex com-
muniibus de qualibet iurisdictione tradi-
tis regulis diiudicari debet. Quidni igitur
huic iurisdictioni subiecti electo ar-
bitro priuato iudicem patrimonialem
praeterire possint? Quidni prorogatio
quoque eius locum habeat, hac iurisdi-

D 4

ctione

de
hsel-
E N-
.. 3.
cit.
P. 2.

re-
dem
eo-
vel
iu-
posse
nes,
con-
han-
16.
ave
Ravii
ken
embr.
Emr.
34

56 CAPVT II. SECTIO II.

ctione domino eius potestatem, subditorum libertatem magis, ac iure communis licet, restringendi, haud tribuente a)²

- a) Consentient mecum inter plures: STRYK. in U. M. L. 2. tit. 1. §. 21. MENCKEN. traxlat. proces. diss. 1. §. II. 12. LEYSER sp. 29. m. 5. qui iam satis argumenta dissentientium refutarunt.

§. 36.
Continuatio.

Fideicomissa familiae ea, de quibus iam antea instituimus orationem (§. 29.), quae scilicet ultima voluntate unilaterali fideicommittentis relata sunt, constituant speciem fideicommissorum Romanorum, et eatenus tantum a iure Romano recedunt, quatenus eorum finis ad applicationi eius repugnat. Hinc statuendum est, eadem requisita, quae iure Romano ad constituendum fideicommissum necessaria sunt a), in constitutione horum quoque fideicommissorum obseruanda esse, atque dari ad bona tali fideicommisso onerata consequenda eadem remedia, quae ius Romanum ad fideicommissum consequendum concessit b).

a) WAL

DE INSTIT. GERM. PROPRIIS. 57

a) WALDECK. *Instit. Heinecc.* §. 454-457.
§. 488. 489.

b) SCHMIDT l. c. §. 636-650.

§. 37.
Continuatio.

Modus liberandi se a patria potestate per separatae oeconomiae institutionem nihilominus ad modos, quibus filius filiae familias viuo patre sui iuris fieri et patria potestas extingui possit, pertinet. Hinc omnes effectus, quos hic producunt, ille quoque producit. Huc pertinet, quod liberi, modo Germanico a patria potestate liberati, ius sui heredis haud retineant, nec hereditatem ipso iure sed interueniente aditione adquirant a), quia ius sui heredis est effectus patriae potestatis ex unitate personarum promanans b), et patria potestate sublata cessat haec unitas, ergo etiam ius sui heredis c); quod pater liberis, ex filia filiove, separatae oeconomiae institutione liberato, natis, pupillariter substituere non possit d) et sic porro.

a) KOCH in *success.* ab int. §. 6. ibique alleg.

D 5

b) §. 3.

58 - CAPUT II. SECTIO II.

- b) §. 3. I. *de hered.* quae ab int. deferuntur.
c) Consentient mecum: GRVPEN in di-
scept. for. p. 208. sq. PVFENDORF.
T. 3. obs. I. REINHARTH ad Chriſtim.
Vol. 4. obs. 27. HÖPFNER im Kom-
mentare über die Inſt. §. 596. n. 2.
d) not. c) cit.

§. 38.

- 2) *Inſtituto tali ad genus inſtitutorum Roma-*
nor. haud ſpelante.

Supereft in hac commentationis meae
ſectione, vt loquar de inſtitutis German-
niſi propriis, quae ne ad genus quidem
inſtitutorum Romanis cognitum per-
tinent, ſed plane diuersi generis ſunt.
Quorum omnium natura atque indeoles
in nulla parte ex iure Romano defini-
ri potest, ſed ex foliis iuribus domesticis,
iisque deficientibus ex propria eorum
notione et ratione ab omni parte diiudi-
canda eft, ita, vt ne ex nomine quidem,
quod iſpis peruerſe cum inſtituto quo-
dam Romano commune datur, quid-
quam peregrini iuris deriuari poſſit. In
hiſ igitur inſtitutis diſquirendum eft, quo-
modo in ſimili caſu iam antea ſint dii-
dicata; natura rei eft inſpicienda; euol-
uendum

uendum, quid illis introducendis dederit occasionem? meditandum, quid iuris ex ratione cogitandi statuque publico nationis emergat? et qui alii determinandorum iurium et obligationum, in his institutis obuenientium, reperiantur son tes; ex quibus omnibus ius adeo certum, vt legibus scriptis haud indigeas, redundabit a).

a) De his institutis intelligendi sunt: EN GELBRECHT in d. *de genuinis decisio num fontibus in terris Brunsvico - Luneburgicis*, §. 21. STRVBE in den rechtl. Bed. P. I. p. 202. PÜTTER in den *Beiträgen* n. 28. §. 3-7.

§. 39.
Exempla.

Huius quoque speciei exempla quae dam fistere placet. Recompensa dotis sive contrados Germanica, interdum donatio propter nuptias dicta, in vernacula das *Gegengeld, die Widerlage*, tendit ad sola vitae subsidia viduae in viduitate praestanda a). Longe igitur diuersa eius natura est a natura donationis propter nuptias Romanae, quae in securitatem

60 CAPUT II. SECTIO II.

tatem dotis illatae et vitae subsidia vxori durante matrimonio praestanda tenet b). Hinc quoque huius iura ei tribui non possunt, nec e. g. pignus legale viduae in bonis mariti ob hanc contradem concedendum est c).

a) LEYSER sp. 305. PVFENDQRF T.
2. obs. 39. *Decis Cassel. T. I. dec. 129.*
I. I. MOSER's *Familienstaatsrecht* P. 2.
p. 337 sq.

b) L. 20 pr. et §. I. C. de donat. ante nupt. (V, 3) Nou. 97. c. I. IAC. RAVE
diff. de vera intole donationis propter nuptias Romanae.

c) TÖB. IAC. REINHART *de uxore in donatione propter nuptias neque dominium neque hypothecam habente*, Erf. 1729.

§. 40.
Continatio.

Vidualitium porro et dotalitium sunt instituta, ad vitae subsidia viduae in viduitate praestanda comparata, Romanis plane incognita; ergo quoque ius Romanum in determinanda eorum natura atque inde nullum usum praestare potest a).

a) STRV

- a) STRVBE in den *Nebenstunden*, P. 5. p. 261 sq. HENR. NETTELBLADT de *dotalitio*, Rost. 1746. PVFENDORF. T. 3. obl. 120. G. FR. DEINLIN de *vidua vasalli ab usufructuaria cautione intuitu dotalitii immuni*, Alt. 1735.

§. 41.

Continuatio.

Communio bonorum inter coniuges a), quae plerumque hodie obtinet et ex consuetudine medii aeui per uniuersam fere Germaniam obtinuit b), omnimoda siue in solidum competens, Germanis proprium est institutum. Ius enim Romanum plane non agnoscit communionem in solidum competentem, sed vbiique de sola partiaria loquitur c). In de sequitur, omnia iuris Romani praecpta de societate, quippe quae de partiaria agant, ad hanc communionem bonorum omnimodam applicari non posse, sed quaestiones iuris, quae in illa oriri possunt, ex solis iuris domestici praescriptis et ex propria huius communionis natura et indole diiudicandae sunt. Quam ob rationem e. g. statuendum est,

post

62 CAPVT. II. SECTIO II.

post initam hanc communionem vxorēm de debitibus mariti, ante contractū matrimonium coortis, teneri, ita, vt repetitio dotis et illatorum, ideoque etiam priuilegium dotis penitus cesset, quod in prouerbii confuetudinem venit: *die dem Manne trauet, trauet auch den Schullen d).* Post mortem alterutrius coniugis, non exstantibus liberis, ex hoc matrimonio natis, coniux superstes fit dominus solitarius bonorum antea communium, non autem proprie desuncto succedit, quia viuente adhuc condomino pondum datur hereditas; quam ob causam legitima parentibus defuncti ex his bonis non competit e). Imo ob hanc communionem multae cessant iuris Romani dispositiones de dote, de successione coniugum aliquisque matrimonii effectibus. Nihilominus tamen id, quod vulgo tradunt f): "communionem hanc, vt iura dotis Romanæ omnino cessent, efficere", generaliter verum non est. Ius enim dotale Romanum est complexus praceptorum iuris Romani, quae dotem siue constituendam siue iam constitutam

stitutam concernunt. Ob communio-
nem hanc inter coniuges receptam ces-
sat quidem doctrina iuris Romani de
usufructu et proprietate dotis et de pro-
hibita alienatione fundi dotalis, atque
excluditur priuilegium dotis in concursu
creditorum, quia haec cum communionis
indole confitere non possunt. Minime
autem ob communionis naturam exclu-
duntur ea, quae ius Romanum de dote
sponso praenumerata, de dote constituen-
da, cauta et non numerata et eius euictio-
ne, de dote a parentibus constituenda,
de constitutione dotis conventionali, et in
primis de indeterminata eius promissione
ab extraneo facta^{t difficit}. Denique neque do-
ctrina iuris Romani de legato dotis ob
communionem hanc introductam vnu
suo destituitur g).

- a) H. ARN¹ LANGE Rechtslehre von der
Gemeinschaft der Güter unter den D. E-
heleuten, Bayr. 1766. 4. WESTPHAL
I. c. P. 2. n. 44. p. 18. RVNDE §.
602 sq.
- b) I. Prov. Sax. L. I. art. 31. I. Prov.
Allem. c. 46.

c) H.

64 CAPVT II. SECTIO II.

- c) H. KLUGKIST de regulis iuris Romani e doctrina de societate male ad communionem bonorum inter coniuges applicatis, Marb. 1771. BEHRMANN de iuribus atque obligationibus matris tutricis circa administrationem honorum a defuncto relictorum fec. ius statut. Hamburg. (Göt. 1771.) §. 3 sq. WESTPHAL. I. c. §. 5.
- d) I. F. EISENHART's *Grundsatze des D. R. in Sprüchwoertern* (ed. 2. cum notis E. L. A. EISENHART, Lipf. 1792.) p. 129. I. H. BÖHMER de aeris alieni inter coniuges Hamburg. communione, §. 21. in exercit. ad P. T. 4. p. 590 sq. CHR. GOTTL. GMELIN d. de obligatione uxoris ad soluenda debita a coniugibus contracta moto in primis super bonis mariti concursu creditorum, Tub. 1785. WESTPHAL I. c. P. 2. n. 44. §. 9. 16 sq.
- e) LEYSER sp. 309. m. 4. PYFENDORE. T. 3. obi. 116. WESTPHAL I. c. P. 2. n. 47. p. 65 sq.
- f) SELCHOW in elem. iur. Germ. priv. §. 351.
- g) Quae omnia uberior tractata inuenies in C. I. SIG. SCHMIDT: sive potius lib. G. E. OELTZE, praeceptoris summa pietate colendi, commentat. iurid. de usu iuris Romani dotalis in foris Hamburgensib. Helmst. 1788.

§. 42

§. 42.

Brenius repetitio.

Vt, quae iam de adapplicatione iuris Romani ad instituta Germanis propria tradidi, melius cognoscantur, paucis verbis regulas traditas repetere placet.

I. Deficientibus normis domesticis ius Romanum ad haec instituta applicari potest: 1) si instituti talis eadem est notio et ratio ac instituti Romani; 2) si tale institutum ad institutorum genus numerandum est inter Romanos aequem celebratum, in iis qualitatibus, quae ipsi cum reliquis eiusdem generis institutis communes sunt.

II. Nullum autem adapplicationi iuris Romani locum dare possumus: 1) in instituti, ad genus institutorum, Romanis aequem cognitum, spectantis, qualitatibus, quae characterem eius distinctivum constituant; 2) in institutis, quae ne quoad genus quidem Romanis cognita fuerunt.

E

SECTIO

66 CAPVT II. SECTIO III.

SECTIO III.

DE INSTITVTIS MIXTI
GENERIS.

§. 43.

Instituta mixti generis.

Supereft tertia commentationis meae pars de institutis, quae ex instituto Romano et Germanico composita sunt et mixta. Horum qualitates, quae vel ad hoc vel illud institutum, ex quo composita sunt, pertinent, adcurate sunt separandae, et ex suis fontibus suaque natura deriuandae a).

a) RÜTTER in *den Beiträgen*, P. 2. n.²⁸.
§. 8-II. RVNDE §. 84. n. 5.

§. 44.

Exemplum.

Exemplum licet satis cognitum praebent pacta nostra nuptialia. Quae quantum tempus

tenus de dote et effectibus matrimonii ex iure Romano descendantibus disponunt, ex iuris Romani principiis, de pactis dotalibus traditis, diiudicari debent, Quatenus autem ibi coniuges de successione mutua aut de effectibus matrimonii ex iure Germanico descendantibus sibi prospiciunt, eatenus ex iure Germanico declaranda sunt. Attamen ratione iuris succedendi in his pactis fundati videndum est, an ex verbis coniugum aut eorum intentione dilucide adpareat, se voluisse, ut post disponentis demum obitum conuentio de successione valeat, quo casu tamquam pactum successorum veri nominis siue obligatorium et simplex, vti Icti loquuntur, considerari nequit, sed potius ex natura donationis mortis caufa est diiudicanda. Improbanda quidem est diuisio in pacta dotalia simplicia et mixta tamquam diuisio generis in species suas, non autem ita, vt statuamus, in foris nostris plane non occurrere pacta dotalia mixta, quod contra plures leges particulares b) et usum fori pugnat.

E 2

a)

68 CAPVTH. SECTIO III. DE INST. etc.

- a) Huc refero GOSW. Ios. de BVI
NINCK error pragmaticorum circa di
stinctionem pastorum dotalium in simpli
cia et mixta, Francof. et Lips. 1770. 8.
HOMMEL in rhaps. obf. 203. PÜT
TER l. c. n. 28. §. 9. RVNDE §. 571.
b) Quas recenset SELCHOW in iur. Germ.
§. 306. n. b) RVNDE §. 571. n. a)

etc.

VI

di

pli

o. 8.

it

571.

erm.

)

G. P. DE BVLOW

CONGRATULATES

HIS MOST WORTHY AND MOST
REVERED FRIEND

Dr. C. F. KVHNE

Themis comforted.

Far from her sacred throne, where rais'd on
high,
With equal scales she fix'd th' immortal law,
Pale Themis sits: tears trickle from her eye,
And mournful clouds obscure her pensive
brow.

She fears, her fav'rite priest with alter'd
aim
Profus'd his incense to a foreign power:
Her fav'rite priest, her darling, who would
claim
To heap her shrines with off'rings yet
unseen. —

"Forbear

d mihi
"Forbear, o Goddess! nor Thy votary
mourn

"As to Thy worship and Thy fame forlorn:
"For he, still mindful of his hallow'd charge,
"But to Thy honour steers th'advent'rous
foot.

"Nor think to german Justice He repairs,
"In german climes who but Thy temple
rears,

"To german rites Thy roman worship
adds,

"And spreads Thy glory to the northern
Sea."

in diff. tua, tractat argum. prae omnino, an regit ubi libet.
quod in stranq. just. diu nullius. disput. est, et adhucum disputatur.

Deinde a te in praef. obserual. brevi quos nunt.

Quae cum id sint omni prosp[er]itate dignum n[ost]ri vocata
confi., quod suscepisti, eiusmodi thema ad fieri ratione et ad
potissimum principia rectiorum, cuius applicationi ad causas in
foris nostris obuias, h[oc] die locutus atq[ue] occasio.

Tunc mihi praecipue agendum erit, qui egregiam hanc diff.

defenderem, suscepisti.

Nec dubito, quam eidem delectitate in hoc negotio esse restabat,
qua sapientius iam opponentis provinciam subiugende n[ost]rum Te
praefestisti.

Nil adeo, quam sic vita pro tua incolumitate, sanctissime polli-
cibus, si quis accident, quo meum Tibi obsequantiam, luculentius
affidam possim, me sic conore, auxilia et vigilancia esse exire
rum, ut major magisque concinerem. Te constituisse benevolentiam
team in honorem tui fuiusmodi. et a omnia tua paratus.

otary

dorn:

arge,

rous

rs,

ngle

hip

erna



o miki

Helmstädt, Diss., 1786-95



f

5b.

